

rem reponit eundem dum Pædobaptismi virtutem ac efficaciam, argumentis prorsus Anabaptisticis enervat, evacuat, tollit.

142. Errantibus in hoc Articulo annumeramus etiam Pontificios, qui tamen in ceremonijs magis externis, quam ipsâ Sacramenti hujus substantia peccare videntur: dum retentâ Baptismi institutione integrâ, partim variis ritibus ac ceremonijs, haud omni superstitione carentibus, actionem ejus conspurcant: partim per horrendam nominis divini blasphemiam, Sacratissimum hoc lavacrum Campanis etiam impertire solent: partim denique ejusdem virtutem & fructum annis infantie ita circumscribunt, ut postmodum lapsis, Baptismus nihil amplius profit, vel ut illi loqui solent, primæ istius tabule usus nullus sit.

143. Quem postremum errorem refutat vel unicuique locus Petrinus, quo Baptismus non tabule alicui fractæ navis, sed integræ & firmissimæ navi, arce videlicet Noë comparatur: idemque nominatur ἑπερωτήρια, firma stipulatio, & perpetuum fœdus, quo lapsi in quibusvis afflictionibus se sustentare & solari possint.



DIS-